

quod ad internas ejus' pescis partes attinet: peritonaeum Gobionibus foris album est, intus nigerrimum, *Hepar* dextro lateri magis incumbit, pallidum, de quo *fel* pendet veluti janthinum. *Intestina* multis circumvolutionibus inflectuntur. *Stomachus* est oblongus, pylorus multis apophysis praeditus, vulva undecunque ovis referta.

Facit et Rondeletius Nigri mentionem, qui a Venetis Go, a Gallis Boulerot nuncupatur. Digitus is est magnitudine et crassitie, corpore rotundo fere, non comprepresso, loco binarum pinnarum, quiae caeteris sunt in ventre, unica habet nigram, barbam inquit dices; et exinde Athenaei τριχηγον seu hircum, cui Exocaeum consert, esse judicat. Vivit in littoribus et stagnis marinis.

De Loco proprio ambigitur. Ovidio littorales sunt, Diocli saxatiles, cui Synesius accedit, dum circa Afri-  
Aristot. H. pi scribit. Aristoteles in fluviosis quo-  
A. l. 8. c. 19. que pinguescere ait. A Theophrasto  
Theophr. I. proditur in Ponto regione apprehen-  
de piscib. in sicco. di in glacie Piscium maxime Gobiones, non nisi patinarum calore vita-  
le motum fatentes; quod forte de  
lacustribus vel fluviatilibus sumen-  
Oppian. I. 2. dum erit. Oppiano ψαμάθοις καὶ πέτραις gaudet. Pariunt juxta littora;  
Halieut. v. 457. suaque ova latiuscula et arenida, ut  
Aristoteles prodidit, lapidum ample-  
xibus mandant.

Ab Aeliano inter illos ponitur, qui οπονύξεντας ιον ἀφίσσει. *Venenum pungendo immittunt*, annumerantur; Oppianus quoque κέντρα πευκήντα, aculeos lethales ipsis tribuit, quod nec cum Ovidio, cui, *spina nocivus non gobius ulla*; nec cum Martiale, cui in ter-  
Martialis ris Venetis, principium mensae gobius in Xeniis. esse solet, congruit. Et sane invenit, et in cibis usum, et si Juvenali vilissimus videatur Alexandrides in Cotyis Thracum Regis convivio eos nominat. Antiphanes laudat, Phalericos *Athen. l. 7.* in primis. Archephonti parasito, qui in Aegyptum ex Attica, a Ptolomeo Rege ad coenam invitatus, navigavit, Gobiorum frusta tria non sine stupore convivis omnibus visa, apposita sunt. Iovius enim persuavem, et pingui teneritudine delicatum facit. Galenus ad voluptatem, digestio-  
Galen. l. 2. nem, et probum succum gignendum de Aliment. praestantisimum, ait. Mnesitheo εὐογκοὶ sunt et τρόφιμοι, Hicesio facile excernuntur, et non multum nutriunt, flavescentium substantia rarer et magis putredinis expers. Apud Hippocratem parem in alimonia cum Dracone, Callionimo et Cuculo vim obtinet. Assus et sine sale mansus, nimia egerendi desideria sedat, si Kiranidi credendum, illitum, canum rabidorum, serpentiumque morsibus prodesse Dioscorides prodidit. Dorycnii vim, crudum, tostum, elixum infringere, apud Nicandri scho-  
laisten legimus.

## ARTICVLVS XVI.

## De Sphyraena sive Sudi.

TAB. XVIII. SPHYRAENA, cujus praeter Ovidium nullum alium meminisse, perperam scribit Plinius; nam inter Graecos Aristoteles, ex Latinis M. Varro meminere; Atticis κέρα, ut Athenaeus affirmit, (significat hoc, ut et σφύρα stimulum aut stylum; item teli genus bello Persico inventum) Latinis Sudis, ut apud Plinium vide-  
Athen. Di- mus, Gazae Malleolus, sed male, Romanis Lucius marinus vocatur, sunt qui pro Oxyrincho, quia acuminato est rostro, sumunt.

Duas ipsarum posuit species Rondeletius ex Oppiano, sed tam diffi-

miles, ut, an ex eodem sint genere, dubitari possit. Prior enim squamifam a capite ad caudam lineam habet, altera squamis omnino destituitur. Totidem et Bellonius innuit, quarum una Trachurum colore refert, atque eodem modo sub ventre albicit. Altera senescens Mormyri laterales picturas colore assequitur. Quaternae vix libram pendunt, ut optime Plinius magnitudine inter amplissimos rarum scripsit: visi tamen aliquando bilibres, Colore Asellum aemulatur. Rostro est foris caelato, in extremo cuneato, nigro. Ore valde resci-